

Declarationem Sac. Congregationis Concilii, in causa Leodienf. die 12. Novemb. 1630. quod quidem Clerici Minoritas, nullam præmissarum conditionum habentes, non gaudeant privilegio Fori, & ita ipsi non possint declinare jurisdictionem secularis Judicis: non tamen idcirco prohibetur Episcopus, quin contra eos delinquentes possit procedere, illisque punire, quamdiu ipsi adhuc Clerici permaneant. Ratio est: Quia dictum Decretum Concilii Tridentini rectè quidem procedit in odium ipsius Clerici, nullam dictarum conditionum adimplentis, ne scilicet Forum laicale declinare possit: non autem ad ejus favorem, seu ut sibi sub hoc prætextu liceat declinare jurisdictionem Episcopi sui; utpote quæ huic ab antiquo competeat in Clericis tonsuratos, neque per Concilium Tridentinum revocata intelligitur.

Hinc in facti contingentia, cum quidam Lælius Clericus, defectum debitum conditionum patiens, per Curiam sæcularem incarcerationis fuisset, postea obtinuit remitti ad Episcopum suum: sed cum tractu temporis, ob rerum statum immutatam, agnosceret sibi magis expedire, habere Judicem laicum, quam Ecclesiasticum, isto volente in causa procedere appellavit, causâ tamen introductâ in Rotâ succubuit; uti refert Cardin. de Luca cit. Discurs. 55. in fine ejusdem referens citatam Declarationem Sac. Congregationis, quam Sanctitas Sua approbavit, videlicet: ut Clerici, etiam non habentes requisita cap. 6. Sess. 23. de Reformat. licet ipsi, tanquam contravenientes ordinationi S. Concilii, non possint pro se allegare privilegium Fori, nihilominus subsint jurisdictioni Episcoporum, seu Ordinariorum, & illorum jurisdictioni, ne dum in causis, in quibus non prævenerunt, sed illos à manibus Judicis Laici repetent, quando iidem Clerici adhuc Clerici permaneant; videlicet, si neque à jure, neque ab homine per declarationem, seu factam privilegii Clericalibus denudati, seu privati sint. Hæc ille, sub Discurs. 24. in Annotat. ad S. Concilium Trident. n. 41. id ipsum docens; videlicet, quod ejusmodi Clericus in ejus odium utriusque Foro subiectus remanebit, ut pluries declaravit hæc Sac. Congregatio, ac etiam Rota. Ita Card. de Luca.

Addit notanter in relata Declaratione Sac. Congregationis, quando iidem Clerici adhuc Clerici permaneant &c. Tum ad excludendos Clericos bigamos, utpote qui ipso jure omnibus Clericalibus privilegiis denudati sunt, & coercitioni Fori secularis astricti, cap. un. de Bigamis in 6. Tum propter Clericos conjugatos, qui non habent requisita cap. 1. de Cleric. conjug. in 6. juncto Concilio Tridentino Sess. 23. c. 6. de Reformat. Nam etiam tales ipso jure privati sunt privilegiis Clericalibus, per Jura proximè relata: adeoque non censentur permanere Clerici; ita ut nec retineant privilegium Canonis, can. Si quis suadente. 17. q. 4. Garcias cit. cap. 2. n. 18. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 46. n. 1. & 2. & alii. Tacentur Clerici degradati, & Curie seculari traditi, & nonnulli alii, qui prævit debnâ monitione, ac subséquâ declaratione Judicis Ecclesiastici, sicque ab homine omne privilegium Clericale amiserunt, de quibus alibi.

Resp. II. Cum Concilium Tridentinum Sess. 23. cap. 6. de Reformat. loquatur sub disjunctione, Aut, Vel; uti liquet ex verbis ejusdem num. 70. relatis: hinc passim fatentur Doctores, quod sufficit qualibet illarum trium conditionum à Concilio præscriptarum, ut Clericus tonsurâ Clericali insignitus, vel etiam in Ordinibus minoribus Clericali insignitus, privilegio Fori gaudeat. Nam, ut Reg. 70. Jur. in 6. loquitur: In alternantibus sufficit alterum impleri, cum concordantiis.

Et hoc adeo procedit, ut Clericus habens beneficium Ecclesiasticum, etiam si non deferat habitum

& tonsuram Clericalem, nihilominus gaudeat privilegio Fori. Quia licet peccet, postquam idcirco puniri; nihilominus in ordine ad participandum privilegium Fori, Concilium Tridentinum in habentibus Beneficium non requirit dictam delationem habitus, & tonsuræ: sed hanc duntaxat expostulat in inservientibus alicui Ecclesiæ, vel in Seminario Clericorum, Schola, seu Universitatē versantibus; uti liquet ex relatis verbis ejusdem Concilii. Ita Nicol. Garcias part. 2. de Beneficiis, cap. 2. num. 4. Gonzalez ad Reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 5. num. 6. Farinacius in Praxi Criminali, lib. 1. quest. 8. num. 70. Aloys. Riccius part. 1. Praxi Fori Ecclesiast. resol. 541. num. 2. Belletus part. 1. Disquisit. Clerical. tit. De Favore Clericor. personal. §. 8. num. 8. Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 39. §. 2. n. 13. citans plurimos alios.

Controvertunt tamen Doctores, utrum ad participandum privilegium Fori sufficiat habere titulum Beneficii, seu jus in re respectu illius, vel insuper requiratur possessio illius: adeo, ut si Clericus non incedens in habitu & tonsura Clericali, capiatur à Judice seculari, & ipse petat se remitti ad Judicem Ecclesiasticum, sufficit docere de solo titulo Beneficii; vel etiam requiratur, ut doceat de obtenta possessione ejus? Et quidem non sufficere solum titulum, sed insuper requiri, quod Clericus Minorita ad participandum privilegium Fori probet possessionem, seu quasi possessionem Beneficii; adeoque, si non incedat in habitu Clericali, capiaturque ob delictum à Judice seculari, non sit remittendus ad Judicem Ecclesiasticum: tenet Card. Tuschus Litt. B. Concl. 78. num. 8. Julius Clarus in Practic. Criminal. §. An. quest. 36. n. 21. vers. Illi tamen. Farinacius lib. 1. Praxi Criminal. quest. 8. n. 70. Staecia tract. de Judiciis, cap. 11. num. 82. ac novissimè Card. de Luca in Annotat. ad S. Concil. Trident. Discurs. 24. num. 16. Ratio hujus sententiæ esse potest, quam assertit Garcias part. 2. de Beneficiis, cap. 2. num. 11. & 12. & seqq. Quia (inquit) decencia, quæ consideratur in proposito, ut habens Beneficium non debeat per Judicem sæcularem judicari, non tam apparet ex titulo, quam ex possessione Beneficii.

Oppositam sententiam, videlicet sufficere solum titulum, tenet Flamininus Parisius lib. 7. de Resignat. Benefic. quest. 1. n. 46. & 47. asserens, quod si fuerit resolutum in Sacra Congregatione Concilii die 16. Julii 1587. Beneficium gaudere privilegio Fori ante adeptam possessionem. Et hanc Sacræ Congregationis Declarationem, asserentem, quod Clericus primæ Tonsuræ, habens jus in Beneficio ex provisione Papali, in suis causis civilibus gaudeat privilegio Fori, verbatim refert Garcias loc. cit. n. 14. licet eam postea intelligit de Clerico incedente in habitu Clericali, de quo tamen dicta Declaratio nullam facit mentionem. Eandem sententiam sequitur Gigas de Pensionib. quest. 64. n. 12. Bonacina Tom. 2. disp. 10. in Decalog. quest. 2. punct. 1. §. 4. n. 13. Diana Resol. Moral. part. 1. tr. 3. resol. 29. Lezana in Summa. tom. 3. §. Clericus. & Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 39. §. 2. n. 14. hanc sententiam appellans probabiliorē, & pro ipsâ allegans plures alios. Et certè, si Declaratio Sacræ Congregationis jam relata asseratur in forma authentica, isthæc sententia non solum erit probabilior, sed certa & indubitata; conformiter dictis supra in Proëmio Libri I. Decretalium §. 8. n. 126. 130. & seqq. Accedit ratio: quia in Beneficialibus non attenditur principaliter possessio, sed titulus, arg. c. Ex frequentibus. 3. de Institutionib. junctâ Reg. 1. Juris in 6. Quin imò in possessione non est aliquid spiritualitatis; uti loquitur Abbas c. Quod in dubis n. 8. de Renuciat.

Resp. III. Quamvis Clerici Minoritæ non habentes beneficium Ecclesiasticum, aut alias qualitates à

Concilio Tridentino cit. Sess. 13. cap. 6. de Reformat. requiritas, Fori privilegio non gaudeant, ut dictum: nihilo minus spectato Jure communi, & seclusâ specialia locorum consuetudine, iidem privilegio Canonis non sunt privati. Ita Aloys. Riccius part. 1. Praxi Fori Ecclesiast. resol. 541. n. 5. asserens, quod ita censuerit Sacra Congregatio ad d. cap. 6. illis verbis: Clerici, qui in hoc decreto Concilii privilegio Fori privantur, privilegio tamen Canonis non intelliguntur privati. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 5. n. 7. eandem Declarationem Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, & sub istis verbis referens. Diana part. 3. tract. 5. resol. 82. dictam Sacræ Congregationis Declarationem allegans; atque inde concludens, quod percussens ejusmodi Clericum, incidat in excommunicationem. Fagnanus c. Si quis n. 72. de Foro compet. Garcias de Beneficiis, part. 2. cap. 2. num. 19. Belletus Disquisit. Clerical. part. 1. tit. De favore Clericor. personal. §. 8. n. 22. Barbosa part. 2. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 12. n. 32. & lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 39. §. 2. n. 3. allegans plures alios: contra Felicianum de Censib. lib. 2. c. ult. n. 14. Layman lib. 1. Theolog. Moral. tract. 5. part. 2. c. 5. n. 3. Sancesius tom. 5. de Censuris disp. 22. sect. 1. n. 11. Barrea 2.2. q. 12. art. 1. circa fin. Gominch. de Sacrament. disp. 14. dub. 15. 163. & nonnullis alios.

Ratio Conclusionis est: quia de Jure communi omnes Clerici gaudent privilegio Canonis, can. Si quis suadente. 17. q. 4. simulque quoad istud privilegium, Concilium Tridentinum loc. cit. nihil innovavit, neque Juri communi derogavit; ergo neque nostrum est, hujusmodi innovationem inducere, sive Decretum Concilii Generalis de solo privilegio Fori loquens, ad privilegium Canonis extendere. Probatur consequentia. Tum quia non censetur plus de priori lege mutatum, quam est expressum in posteriori; l. Præcipimus. c. de Appellat. & l. Siverd. §. de viro. ff. Solutio marit. Ubi Summarum ex Bartolo sic habet: Provisio legis contra Jus commune non extenditur ultra id, quod lex exprimit, licet eadem sit ratio. Tum quia, si Concilium voluisset in casu cit. cap. 6. comprehendere etiam privilegium Canonis, præter privilegium Fori, potuisset etiam illud expressisse: prout in simili argumentari potest ex l. Inter corporalia. §. Sed neque de Translat. Episcop. &c. Ad audientiam. 12. de Decimis. Tum tandem; quia correctio legum, veluti odiosa, quantum fieri potest, evitanda est, c. Cum expediat. 29. de Election. in 6. ac proinde per tacitos, & subauditos intellectus non inducenda, neque allerenda. Glossa singularis in c. Cupientes. §. Quid si per viginti. §. Petere. de Election. in 6. estque amplius dictum supra Lib. 1. Tit. 2. De Constitutionibus. n. 419. & n. 500. & 501. ac seqq.

Dices cum Authoribus opposita sententia. Privilegium Canonis facultis amittitur, quàm privilegium Fori; juxta Abbatem cap. 1. n. 6. de Apostat. Angulum §. Excommunicatio, §. n. 23. & alios, istud probantes ex eo: quia privilegium Canonis provenit ex Jure duntaxat humano, privilegium Fori autem ex Jure Divino, prout alibi jam dictum: ergo, licet Concilium Tridentinum cit. Sess. 23. cap. 6. expressè solum faciat mentionem de privilegio Fori; necessarium tamen, ob identitatem, imò & majoritatem rationis, inde colligitur, idem sensisse de privilegio Canonis. Resp. neg. consequent. Quia ad privationem privilegii Fori, non rite inferitur privatio privilegii Canonis: nam à diversis non fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de Minorib. Barbosa Axiom. mat. 114. citans alios. Hæc autem sunt valde diversa privilegia: etenim prius, sive privilegium Fori, lædit jurisdictionem Judicis sæcularium; sicque propter horum querelas, simulque ad coercendam insolentiam quorundam Clericorum, in Ordine Refferret Jus Can. Tom. III.

nibus minoribus duntaxat constitutum; & nullum ex requisitis conditionibus habentem, rationabiliter per Concilium Tridentinum sublatum fuisse dignoscitur. Secus dicendum de privilegio Canonis: illud enim nullius jurisdictionem lædit, sed refranat solummodò Laicos ab in iuris Clericis inferendis, quibus sunt infens. Fagnanus cit. c. Si quis. nu. 72. de Foro compet. Accedunt rationes num. præced. altæ, junctâ Declaratione Cardinalium in Conclusionem relata; quæ si asseratur in forma authentica, Conclusionem nostram reddet certam & incubitaram, ut proximè dictum.

Atque hæc procedunt, spectato Jure communi. & 83 seclusâ speciali locorum consuetudine, prout bene limitatur data num. 80. Conclusio. Quia enim privilegium Canonis solo Jure Ecclesiastico introducta fuit, simulque non desunt Doctores oppositam sententiam tenentes: hinc negari vix poterit, quin per contrariam, & legitimè præscriptam consuetudinem, ex hac parte rigori Juris Communis, seu privilegio Canonis quoad Clericos Minoritas, nullamque ex supra memoratis conditionibus habentes, derogari possit; atque in nonnullis locis, præsertim in nostris partibus, actualiter derogatum fuerit, juxta cap. ult. de consuetud. cum similibus; adeo, ut ejusmodi Clericum, habituque Clericali non incedentem percussens, excommunicationem late sententia non incurrat. Atque in hoc casu locum habebit contraria quorundam Doctorem opinio: eò præsertim, quia tales Clerici, seclusis singulis conditionibus à Concilio Tridentino, ubi supra, requisitis, vix amplius à Laicis dignosci valent.

Quæritur III. Quid dicendum de Tonsura Clericorum, formæque ipsius? Resp. I. Tonsuram Clericalem nullus deferre debet, nisi eam prius ab Episcopo acceperit. Ita habetur consuetum in 7. Synodo, cap. 14. ac refertur can. 1. disp. 69. Quamquam per hoc non negetur, quin etiam Abbates, si Presbyteri sint, & ab Episcopo Benedicti, possint suis Monachis primam Tonsuram conferre, cit. can. 1. disp. 69. &c. cum contingat. 11. de Etate & qualitat. præficiend. cum concordantibus. Ut taceatur Tonsura Regularis Monachorum, aliorumque Religiosorum, etiam Novitorum, quam juxta præscriptum, seu laudabilem consuetudinem propriæ Religionis, à Superioribus suis recipiunt: hæc enim non est Tonsura Clericalis, de qua impræsentiarum est sermo.

Resp. II. Tonsura Clericorum antiquitus fiebat 85 raso desuper capite in modum sphaeræ, & infernis quoque; ita, ut patentibus auribus, sola capillorum corona circa caput remaneret, can. Prohibete. & can. penult. disp. 23. Ad eum videlicet modum, quo hodie Monachi, & Regulares, capita sua radere consueverunt. Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. num. 7. Hujus autem mysticæ significatio declaratur in can. Duo sunt genera. 12. q. 1. illis verbis: Hi namque (Clerici) sunt Reges, id est, se & alios in virtutibus regentes; & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signum Regni, quod in Christo expectantur. Raso vero capitis, est temporalium omnium depositio. Hæc ibi: quod ipsum amplius declarat Glossa in Clem. 2. §. Et tonsuram. h. 1. Aliam adhuc rationem assignat Ven. Beda lib. 4. H. flor. cap. 22. dicens, Clericos in memoriam spinæ coronæ Domini capillos in formam coronæ detonsos gestare.

Addit tamen in Conclusionem, Tonsura Clericorum antiquitus fiebat &c. Quia, licet olim tonsura Clericorum fuerit talis, ut totum caput raderetur, solo relicto crinium circulo in medio, ut dictum: tractu tamen temporis introductum fuit, atque hodie ab Ecclesia generaliter receptum, ut memoratâ coronâ

coronam capillorum à Monachis, aliisque Regularibus, nec non Romano Pontifice retentâ, reliqui Clerici saculares loco ejusdem coronæ solummodo circumum aliquem modicum in superiori parte capitis abrauant. Barbosa cit. cap. 40. num. 7. Et de tali coronâ procedit textus in c. Clerici. 15. h. t. ubi loquendo de Clericis sacularibus, dicitur: Coronam, & tonsuram habent congruentem: nempe talem, ut videantur differre à Monachis, prout explicat Glossa idid. y. Congruentem. Nisi dicere velis, in memorato textu requiri Coronam, & Tonsuram congruentem cujuslibet status, & Ordini: nam minorem ejusmodi coronam, seu circumum solent deferre Clerici in Ordinibus minoribus constituti, majorem Sacerdotes, atque adhuc ampliore Episcopi usque ad Summum Pontificem, qui etiamnum retinet coronam à primordis Ecclesiæ usitatam.

87 Resp. III. Præter coronam in capite gestandam, Sacri Canones prohibent etiam Clericis beneficium Ecclesiasticum habentibus, aut existentibus in sacris Ordinibus, laxare comam: alioquin peccant. Ita communis; & patet ex can. Si quis ex Clericis. dist. 23. & cap. 4. h. t. ubi cavetur: Si quis ex Clericis comam laxaverit, anathema sit. Concordat can. penult. dist. 23. ubi jubentur Clerici non nisi attonso capite, patentibus auribus, &c. ministrare. Atque etiam cap. 5. h. t. ubi mandatur: Clericus neque comam nutriat, neque barbam. Ad eod. ut Clerici, qui comam nutriunt, etiam inviti à suis Archidiaconis, seu Superioribus tonderi jubeantur, can. Clerici, qui comam dist. 23. & c. Clerici. 7. h. t. cum similibus. Atque istud merito constitutum fuit, juxta illud D. Apostoli I. Corinth. cap. 11. Vir, si comam nutriat, ignominia est illi.

88 Patet proinde, quod Clerici nutrientes comam peccant; cum sint transgressores præcepti à tam multiplicibus Sacris Canonibus impositi. Ad eod. quidem, ut etiam possint excommunicari, juxta illud ex cap. 4. h. t. jam allegatum, Anathema sit: hoc est, fiat, seu excommunicetur. Non enim est excommunicatus ipso jure, uti notat Glossa fin. cit. cap. 4. & Abbas ibid. n. 1. & Barbosa n. 2. & 5. h. t. Quamvis ex gravitate hujus pœnæ colligunt Doctores, quod Clericus relaxans comam, peccet mortaliter; ac proinde absolutio Sacramentalis eidem fit deneganda, vel differenda, donec comam deposuerit; alioquin enim dignus est anathemate, seu excommunicatione, qualis pœna non nisi pro peccato mortali imponi solet. Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. n. 11. allegans alios; atque istud intelligens, quando quis mortuus generaliter, vel specialiter, in relaxanda coma peccaverit: tunc enim propter inobedientiam dignus est excommunicari, & peccat mortaliter, ut advertit Sayrus in Clavi Regia l. 3. c. 7. n. 25.

89 Limitatur tamen data Conclusio, quando subest iusta causa comam nutriendi, seu relaxandi: puta, ut hæc ratione tutius quis Romam ire, vel aliud iter necessarium perficere queat. Glossa cap. 4. y. Relaxaverit. h. t. & alia Glossa cap. penult. y. Causa. eod. juncto textu ibid. Quæ de causa etiam Fratres Minores in partibus Turcicis degentes, barbam nutrire coguntur, ne Turcarum offensam incurrant, atque è locis sacris Terræ Sanctæ penitus expellantur: ut taceat privilegium Apostolicum gestandi barbam nonnullis Religiosis specialiter concessum.

90 Et hæc ratione etiam excusari poterit praxis quorundam Clericorum gestantium comam fictitiam, seu Beruccam: dummodo hanc non gerant ex inani gloria, vanaque quadam ostentatione, sed ob debilitatem capitis, aut aliam hujusmodi rationabilem causam.

91 Celebrare autem Tremendum Missæ Sacrificium cum coma fictitia, seu Berucca, absque legitima

dispensatione, licitum non est. Siquidem per ejusmodi comam fictitiam, sive Beruccam, caput velari, seu cooperiri, manifestum est: atqui Zacharias Papa in Synodo Romana, cap. 13. & 14. ac refertur can. Nullus Episcopus, de consecrat. dist. 1. sub pœna excommunicationis prohibuit, ne quis velato capite Altari assisteret, illis verbis: Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, ad Solemnia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato capite Altari Dei assistere: quoniam & Apostolus prohibet (I. Corinth. 11.) viros velato capite orare in Ecclesia: & qui temere præsumpserit, communione prioret. Hæc ibi. Concordant Rubricæ Missalis, quæ Tit. 10. De defectibus in ministerio ipso occurrentibus, inter alios ejusmodi defectus (in quibus ut plurimum accidit peccatum mortale, prout notat Barthol. Gavantus ibid. num. 1. y. Numerantur) etiam ponitur sequens, videlicet: Si celebret capite cooperito sine dispensatione.

Et talem dispensationem non nisi à Sede Apostolica concedi posse, censuit Sacra Rituum Congregatio 31. Jan. 1626. & 24. April. eod. an. prout refert Gavantus in Comment. in Rubric. Missal. part. 2. tit. 2. n. 2. vers. Verum. & seq. addit eâ ratione: Quia, cum citatus can. Nullus Episcopus, de Consecr. dist. 1. non solum Presbyteris, sed etiam Episcopis prohibeat, velato capite Altari assistere; ergo hoc ipso nequit Episcopus dispensare. Nam iste non dispensat contra Canones, ipsi etiam Episcopo legem imponentes, nisi in quantum reperitur concessum, arg. c. Dilectus 15. de Temporib. Ordinar. etque notabile dictum Jo. Andrea in cap. 1. n. 3. de Supplend. negr. Prælat. in 6. & Hostiensis ibid. ac notat Sylvester y. Dissensatio q. 13. & Gavantus loc. cit. contra alios, qui quidem asserunt (inquit) dispensationem hanc fieri posse, sed non probant.

Huc accedit novissimum Mandatum S. D. N. Innocentii Papæ XII. volentis, ut per suos Nuntios moneantur Ordinarii locorum, ut contra abusum celebrandi cum coma fictitia congrua adhibeant remedia: ratione cujus in Dilecti Frisingensi, ubi hæc scribo, sequens Editum publicatum fuit.

Nos Josephus Clemens, Dei, & Apostolicæ Sedis Gratiæ Archiepiscopus Colonienfis S. R. Imperii per Italianam Archi-Cancellarius, & Elector, Sacræ Apostolicæ Sedis Legatus natus, Episcopus Frisingensis & Ratisbonensis, Administrator Berchthegadensis, Curieque Bavaricæ, & Superioris Palatinatus, nec non Westphalicæ, & Angarie Dux, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Leuchtenbergicus.

Cum non sine scandalo tam Hæreticorum, quam etiam Catholicorum, abusus detestandus in Germanicæ Diocesis, & etiam in nostra irrepserit, ut aliqui Sacerdotes tam in Dignitatibus majoribus, quam minoribus constituti, ut & alii non vererentur Sacrosanctum & tremendum Missæ Sacrificium absque Sacrosancti Reverentia (quæ soli Deo omnium maxima debetur) cum coma fictitia Deo offerre; ita ut Sanctissimus Noster Divinus Providentiæ Innocentius Papa, hujus Nominis XII. commotus fuerit, Ordinarios locorum per suos Nuntios monere, ut contra dictum abusum congrua adhibeant remedia: prout desuper in literis ab Illustissimo & Reverendissimo Nuncio Apostolico Viennensi, sub die 7. Sept. An. 1692. requisitii fuimus.

Quocirca adimplentes mandatum Sanctæ Sedis, Vobis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Rectoribus, Guardianis, Prioribus, & Plebanis, cæterisque Clericis tam Sacularibus, quam Regularibus Diocesis nostræ Frisingensis præcipimus, & mandamus in virtute Sanctæ Obedientiæ, quæ Sanctæ Sedis, & Nobis adstricti existitis, ne imposterum aliqui Vestrum præsumant, cum coma fictitia (sub quacunque etiam licentia, nisi Apostolica sit) Sacristici um Deo offerre, & Missas legeré, vel aliquid

§. IV. De qualitate habitus Clericalis, & pœnis eum &c. 15

jussumque etiam Dignitatis exilat) in vestris Ecclesiis concedere, quò minus noveritis actualem suspensionem ab officio, & beneficio incursum. Datum Frisingæ, die 18. Septembris 1692.

candum Insuper Evangelium, possunt, atque debent eundem habitum assumere, ne apud Neophytos scandalum oriatur; & quomodo?

Joannes Sigismundus Zeller, L. (L.S.) B. Coadministrator in Spiritualibus, &c. Vicarius Generalis.

§. IV.

De qualitate Habitùs Clericalis, & pœnis eum non deferentium.

SUMMARIUM.

- 94 Qualem habitum Jura præscribant, vel prohibeant Clericis? Et n. seq.
- Oportet Clericos, vestes proprio congruentes Ordini semper deferre. Ibid.
- 95 Clerici clausa debent deferre indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda.
- 96 Atque induere vestem talarem.
- 97 Quid intelligatur per Vestem talarem.
- 98 Quoad alia habitus Clericorum non reperitur in Jure determinatus, &c.
- Intelligendo istud, affirmativè: secus negativè. Ibid.
- 99 Vestes Clericorum nec sint pomposæ, nec sordidæ; sed inter utrumque præ se ferant medium.
- 100 Earum decencia comprobatur ex eo, si sint conformes consuetudini Provincia, in qua Clerici commorantur: idque declaratur.
- Romæ non de sacri districtio habitus Clericalis haberi potest: & cur? Ibid.
- 101 Clericis prohibitum est, uti publicè pannis rubeis, aut viridibus &c.
- 102 Exceptis Cardinalibus, qui utuntur Galero rubeo: & Episcopis, quibus permittitur color viridis.
- 103 Estque prohibitum Clericis, uti vestibus fulgidis aut variatis, virgatis, partitis, aut diffibulatis.
- 104 Vel frenis, sellis, pectoralibus, calcariis deauratis, corrigisque auri vel argenti ornatum habentibus &c.
- 105 Quæ sint pœnæ Clericorum non deferentium habitum, & tonsuram Clericalem? Et numer. seqq.
- Hæc questio non habet locum in Clericis Minoribus, nullum Beneficium habentibus. Ibid.
- 106 Referuntur pœnæ in Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 6. de Reform. contra Clericos non deferentes habitum Clericalem statutæ.
- 107 Et alæ in Clem. 2. h. t. contentæ.
- 108 Vestis virgata, vel partita, quæ?
- 109 Epithogium, seu Tabardum foderatum, quod?
- 110 Alæ pœnæ. Remissive.
- 111 Dantur nihilo minus pœnæ castus, in quibus ejusmodi pœnæ locum non habent.
- 112 Ut si Clericus absque habitu, & tonsura, incedat ex justa causa timoris.
- 113 Vel propter infirmitatem, aut paupertatem.
- 114 Clerico itineranti, vel peregrinanti, licitum est habere vestes breviores.
- 115 Propter unicam dimissionem habitus, non incurrit Clericus pœnas illas.
- 116 Idem dicendum de Clerico, qui domi suæ, atque in occulto habitum Clericalem dimittit.
- 117 Religiosi diversarum Religionum, missi ad prædicationem

Queritur I. Qualem habitum Jura præscribant, vel prohibeant Clericis? Resp. I. Esti habitus non faciat Monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decenciam habitus extrinseci morum honestatem iurifecam ostendant. Verba sunt Concilii Tridentini Sess. 14. c. 6. de Refor. gravissimas pœnas in transgressores subjungentis, de quibus in progressu. Concordat can. Clerici. dist. 23. ubi dicitur: Vestimenta etiam vel calceamenta eis (Clericis) nisi quæ religionem decant, ut, aut habere non liceat, cum similibus. Quamquam hujusmodi obligatio solummodo concernat Clericos in ordinibus Sacris constitutos, aut beneficium Ecclesiasticum habentes, juxta dicta n. 69.

Resp. II. Specialiter autem Clericis injungitur, ut clausa deferant desuper indumenta, nimia brevitate, vel longitudine non notanda. Textus est in c. Clerici officia. 15. h. t. quod est desumptum ex Concilio Generali, seu Lateranensi, sub Innocentio III. celebrato. Ubi loquendo de Episcopis, subjungitur: Pontifices autem in publico, & in Ecclesia, superindumentis lineis omnes utantur: nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem. Pallis diffibulatis non utantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis. Hæc ibi.

Deinde in Concilio Martini Papæ, quod refertur can. penult. dist. 23. jubentur Clerici secundum Aaron talarem vestem induere, ut sint in habitu ornato. Quod ipsum postea præcepti Sixus V. in sua Constitutione 62. quæ incipit, Cum sacrosanctum; sub gravissimis pœnis statuit, ut Clerici beneficium Ecclesiasticum, seu pensionem habentes, Tonsuram & habitum Clericalem, vestes scilicet tales deferant: ut jam dictum supra n. 64. & seqq.

Porro per Talarem vestem in rigore intelligitur illa, quæ pertingit usque ad talos; sicque hominem usque ad primam partem pedum tegit. Verum Garc. part. 2. de Beneficiis cap. 1. num. 21. & 22. cum aliis notat, ex epiekiea & æquitate, etiam illas judicari vestes tales, quæ juxta consuetudinem locorum Clericis sunt decentes, quamvis non sint nimis longæ, neque ad pedes descendant.

Resp. III. Quantum ad alia habitus Clericorum non reperitur in Jure determinatus, ac proinde erit attendenda consuetudo locorum, in qua commorantur. Ita Glossa in Clem. 1. y. Sæcularis. de Election. & alia Glossa c. Clerici officia. y. Deauratis. & Abbas ibid. n. 17. h. t. Alexander Confil. 8. n. 4. vol. 1. Jul. Clarus lib. 5. Pract. Criminal. §. fin. quest. 26. nu. 14. asserens, hanc esse veram Conclusionem, si affirmativè intelligatur, scilicet, quod Sacri Canones non constituent specialiter Clericis certum habitum; sed negativè non fit vera, cum multi habitus Clericis prohibeantur, juxta dicenda in progressu. Barbosa lib. 1. Jur. Eccles. univ. cap. 40. n. 20. Belletus part. 1. §. 16. de Disciplin. Clerical. n. 12. & alii. Ratio est: quia nullibi potest assignari, certum habitum pro Clericis sacularibus in Jure fuisse præscriptum, saltem affirmativè, seu quem portare teneantur. Unde etiam novissimè Concilium Tridentinum hujusmodi Clericis determinatum habitum non præscripsit; sed Sess. 14. cap. 6. de Reform. verbis duntaxat generalibus asseruit, quod oportet Clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre. Idemque repetit Sess. 24. cap. 12. circa fin. de Reform. inter alia præcipiendo, ut Clerici vestitu in super decenti tam in Ecclesia, quam extra, assidue utantur. Quod ut melius intelligatur,

99 Queritur II. Quae requirantur ad conservandam debitam qualitatem, sive decentiam vestium Clericalium? Resp. I. Ut vestes Clericorum censeantur decentes, requiruntur imprimis, ut nec sint pomposae, aut vanam iactantiam redolentes, can. Parsimoniam. dist. 41. & can. Omnis iactantia. ac seqq. 21. q. 4. cum similibus: nec fordidae, vel laceratae, ne vilescat Dignitas Clericalis: sed inter utrumque praeseferantur medium aliquod, uniuscujusque status & Ordini conveniens. Ita Abbas c. Clerici officia. 15. num. 17. h. t. Bellettus cit. §. 16. n. 18. & seqq. & communis aliorum. Unde S. Hieronymus in Epist. ad Nepotianum, cap. 1. sic scribit: Vestes pullas aequae devota, ut candidas ornatus, ut sordides pari modo fugiendae sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

100 Resp. II. Decentia vestium Clericalium comprobatur ex eo, si sint conformes communi usui proborum Clericorum, seu consuetudini Provinciarum, in qua Clerici commorantur: nam consuetudo est optima legum interpretis, c. Cum dilectus. 8. de Consuetud. & l. Si de interpretatione. ff. de Legib. Glossa cit. c. Clerici officia. §. Deauratis. h. t. Bellettus, ubi supra, n. 12. Farinacius lib. 1. Praxis Criminal. quest. 8. n. 69. & alii. Unde Card. de Luca in Annot. ad S. Concilium Trident. Discurs. 24. n. 22. ac 23. & 30. & 31. inter alia dicit, quod quidem vestis Clericalis, ex Sacrorum Canonum praescripto, verè ac proprie illa sit, quae est inter genera & talos: varius tamen sit locorum, ac respective personarum usus. Quoniam in Civitatibus, alicujusque locis civilibus, in quibus cum decore vivitur, vestes Clericales sunt longè ultra talos: in parvis autem, vel obscuris locis, ob Clericorum paupertatem, vix ad genera ascendunt; ita tamen ut ob diversum usum à secularium vestibus adhuc distinguantur, attendendo simul ad diversitatem Regionum, vel personarum varios usus. Etenim in Urbe (inquit citatus Author) & Statu Ecclesiastico, alicujusque forsitan Italiae partibus, non de facili certa distinctio habitus Clericalis haberi potest, eò quod antiquis retineatur usus Togae in aliquarum scientiarum Professoribus, seu graduum Doctoratus habitibus, ipso ad amissum modo, quo utuntur Clerici. Plura de hoc Card. de Luca, ubi supra.

101 Resp. III. Ad conservandam decentiam vestium Clericalium nonnulla sperantur, quae quoad formam, & colorem habitus per sacros Canones specialiter sunt Clericis interdita. Ita communis; & patet inductione. Sic quippe vestium rubeum, aut viridem, expressè prohibet Clericis Concilium Generale, relatum c. Clerici officia. 15. h. t. illis verbis: Pannis rubeis, aut viridibus, nec non manicis, aut sotularibus consuetudinibus -- non utantur. Concordat Clem. 2. in fin. h. t. ubi pariter praescribit, ut Clerici, praesertim Beneficiati, caligis saecatis, rubeis, aut viridibus publicè non utantur: haud obstante, quòd illis coloribus locus sit in Missae Sacrificio.

102 Excipiuntur Cardinales Sanctae Romanae Ecclesiae quibus (nisi fuerint Religiosi) uti licet vestibus purpureis, ac praesertim Galero rubeo, quo Cardinales uti voluit omnium primus Innocentius IV. prout in ejus vita scribit Platina; & notat Menochius lib. 2. de Arbitrar. Judic. cap. 392. nu. 6. & seqq. & Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. n. 22. citans alios; atque hic etiam exiptions Episcopos, quibus permittitur color viridis.

103 Deinde Clericis prohibitum est, uti vestibus fulgidis, aut variatis ex sericis texturis, vel variorum colorum ornamentis; prout in septima Synodo statutum fuit, atque refertur can. Omnis. 21. q. 4. praemissa illi ratione: Quia omnis iactantia, & ornatura corporalis (quae fit causa voluptatis, ut explicat Glossa

ibidem) à sacro ordine aliena est. Concordat can. Praecipimus. ead. caus. 21. qu. 4. Insuper prohibetur eisdem Clericis, ne unguentis inungantur: intellige, non propter aegritudinem, sed ut melius redolent causa voluptatis. Textus, & Glossa §. Qui unguentis. cit. can. Omnis. Item, ne utantur vestibus fucatis, seu virgatis, aut partitis (hoc est, cum scissuris vanitatem redolentibus) neque diffusulatis, aut quandam superfluitatem praeseferentibus, can. Praecipimus. 21. q. 4. & c. Clerici officia. 15. h. t. & Clem. 2. ead. Ubi etiam diversae poenae statuuntur illis, qui hujusmodi prohibitis vestibus publicè utuntur: nisi forsitan subite rationabilis causa transformandi habitum, puta, ad occultandum statum Clericalem ex timore aliorum gravium incommodorum; prout ibidem limitatur, & inseritur ex professo dicitur.

Rursus prohibitum est Clericis, ne fransis, sellis, 104 pectoralibus, calcariis deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, utantur -- Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri, vel argenti ornatum habentes: sed nec annulos, nisi quibus competit ex officio Dignitas. Ita inter alia decrevit Concilium Generale, relatum d. c. Clerici officia. 15. h. t. Nec immerito: quia Clerici non debent in vestibus, vel calcamentis decorem quaerere, sed honestatem, can. Clericus. dist. 41. Quin imò, ut proxime dictum est, omnis iactantia, & ornatura corporalis, atque superfluitas ab Ordine sacro penitus debet esse aliena, can. Omnis. & can. Praecipimus. 21. quest. 4. & cap. 1. Ne Clerici vel Monachi &c. Tacentur familia, de quibus Bellettus cit. part. 1. §. 16. de Disciplin. Clerical. n. 4. ac seqq. & Barbosa d. cap. 40. n. 17. & seqq. alicujusque passim.

Queritur III. Quae sint poenae Clericorum non de 105 ferentium habitum, & tonsuram Clericalem? Haec questio procedit duntaxat de Clericis constitutis in Ordinibus Sacris, aut beneficiis Ecclesiasticis obtinentibus: nam quòd Clerici Minoritate, ac nullam Beneficium habentes, ad delationem habitus & tonsurae Clericalis non teneantur, sicut ex omissione istius nullam poenam mereantur, nisi quòd non gaudeant privilegio Fori, jam dictum est supra §. praeced. n. 69. & seqq. Verum loquendo de ceteris,

Resp. I. Clerici habitum Ordini, & Dignitati con- 106 venientem non deferentes, si moniti ab Episcopo, etiam per Edictum publicum, respicere noluerint, imprimis puniendi sunt per suspensionem ab Ordinibus, officio, & beneficio; quod si semel moniti, deinde in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & beneficiorum coerceri possunt, ac debent. Textus est in Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 6. de Reform. ubi in haec verba statutum habetur: Propter omnes Ecclesiasticæ personae, quae aut in Sacris fuerint, aut Dignitates, Personatus, officia, aut beneficia quacunque Ecclesiastica obtinuerint, si, postquam ab Episcopo suo, etiam per Edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum Clericalem illorum Ordini, ac Dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint; per suspensionem ab Ordinibus, ac officio & beneficio, ac fructibus redditibus, & proventibus ipsorum beneficiorum, nec non, si semel correpti deinde in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujusmodi coerceri possint, & debeant: Constitutionem Clementis Quinti, in Concilio Viennensi editam, quae incipit, Quoniam, innovando, & ampliando. Haec ibi: quamquam, uti colligitur ex allegatis verbis, praefatae poenae sunt duntaxat ferendae sententiae.

Ceterum memorata Constitutio Clementis V. quae 107 incipit, Quoniam, atque per relatum Concilium Tridentinum non solum innovatur, verum etiam ampliat, gravioribus videlicet poenis in transgressores

fores superadditis, refertur in Clem. 2. h. t. Ubi Clerici virgati, vel partiti veste publicè utentes, nisi rationabilis causa subsit, pro diversitate Ordinis, & Dignitatis suae, diversis poenis subjiciuntur. Nam alia poena imponitur Clericis beneficiatis, nempe suspensio à perceptione fructuum per sex menses: alia Subdiaconis, & Diaconis non beneficiatis, qui per idem tempus reddunt eo ipso inhabiles ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum: & alia habitibus Dignitatem, Personatum, vel Beneficium curatum, qui per annum eo ipso decernuntur suspensi à perceptione fructuum, & alia ceteris Sacerdotibus, nempe inhabilitas per tempus annale ad quodcumque beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Prohibendo simul quibuscunque Clericis, ne utantur epithogio, seu tabardo federato usque ad oram, & ita brevi, quòd vestis inferior notabiliter videatur: Idque sub gravibus poenis, itaque apposita obligatione, vestem hujusmodi intra mensem dandi pauperibus; prout amplius ibidem continetur.

108 Porrò per Vestem virgatam, vel partitam, intelligitur vestis diversis coloris, aut diversarum partium superinductione notabilis, arg. can. ult. 20. q. 1. & notat Glossa in cit. Clem. Quoniam. §. Partita. & Barbosa ibid. num. 2. Bonacina Tom. 3. de Censuris. disp. 3. quest. 6. punct. 6. n. 2. post Glossam in c. si quis ex Clericis. 4. §. Relaxaverit, h. t. id declarans exemplo Clerici, qui à Papa reprehensus, quòd sine tonsura, habitus Clericali Romam accessisset, illis versuculis sese excusavit.

Tutius ut petere laici sub imagine Romanae Fas fuit, ut snerem luxuriare coman.

Deinde, atque ob eandem rationem, seu ex cau- 113 sa rationabili, excusatur Clericus non deferens Tonsuram propter infirmitatem. Bellettus part. 1. Disquisit. Clerical. tit. de Disciplin. Cleric. §. 17. num. 9. Barbosa part. 2. de Offic. & potest. Episc. allegat. q. n. 17. & alii. Idemque dicendum de Clerico, qui ratione paupertatis habitum, proprio Ordini congruentem, deferre non potest. Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. num. 33. allegans alios.

Similiter Clerico itineranti, vel peregrinanti, licitum est habere vestes breviores, arg. can. Episcopi. 21. q. 4. Bellettus lo. cit. §. 16. num. 14. Barbosa d. cap. 40. num. 37. citans alios; atque referens, ita Sacram Congregationem Cardinalium, negotiis Episcoporum & Regularium praepositorum, rescriptis Archiepiscopo Ulyssiponensi, sub die 18. Octobr. 1589. Nam etiam hic subintrat causa rationabilis, commodioris videlicet itinerationis, in Clem. 2. h. t. ponderata.

Uterius poenas supra enumeratas non incurrit Cle- 115 ricus propter unicam dimissionem habitus. Ita Farinacius lib. 1. Praxis Criminal. quest. 8. nu. 68. allerens, quòd unica dimissio habitus non privet Clericum privilegio Clericali; sed necessaria sit tanta perseverantia, ut publicè existimetur laicus. Barbosa cit. cap. 40. num. 32. post Aloy. Riccium in Collect. Decis. part. 4. collect. 956. limit. 4. Ugolinum de Offic. Episcop. cap. 12. §. 6. num. 3. & alios. Card. de Luca in Annot. ad Concil. Trident. Discurs. 24. nu. 32. allerens, delationem habitus moraliter, non autem physice intelligendam esse. Et favet textus in l. Quidquid in calore iracundiae. ff. de Reg. Jur. ubi in brevi reveria uxor, divertisse non videtur. Paulus Piaficus part. 2. Praxis Episcop. cap. 3. art. 2. num. 30. ubi addit, quòd in aliis indecentis, non expressis in Constitutione Sixti V. Cum sacrosanctum, ultra frequentationem scilicet, putat dimissionem habitus Clericalis, etiam requiratur moniti praecedens ad incurrendas poenas praescriptas. Atque hoc ultimum confirmatur ex verbis Concilii Tridentini supra num. 106. relatus.

Insuper non incurrit poenas haecenus declaratas Cle- 116 ricus, qui domi suae, atque in occulto, habitum Clericalem dimittit. Glossa Clem. 2. §. publicè. & Ancharanus ibid. num. 2. Barbosa in Collect. num. 2. h. t. & Bonacina de Censuris, disp. 3. quest. 6. punct. 6. num. 1. allegans communem. Siquidem cit. Clem. Quoniam. 2. h. t. expressè loquitur de Clericis publicè deferentibus vestes ibidem prohibitas: scilicet ergo dicendum, quando deseruntur solummodo domi, atque in occulto. Accedit, quòd tunc cessat ratio in Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 6. de Reform. ponderata; nempe, ut Clerici per decem annos habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: atque (ut loquitur Sixtus V. in citata Constitutione sua) singulari aliquo signo, à reliquo populo distinguantur. Talia enim non congrunt occultae, seu domesticae dimissioni habitus: nam domus denotat rem secretam, & non publicam, arg. can. Ex merito. 6. q. 1. junctà Glossa fin. ibid. referente illum Juvenalis versuculum: Scire volunt secreta domus, atque inde timeri.

113 Deinde, atque ob eandem rationem, seu ex causa rationabili, excusatur Clericus non deferens Tonsuram propter infirmitatem. Bellettus part. 1. Disquisit. Clerical. tit. de Disciplin. Cleric. §. 17. num. 9. Barbosa part. 2. de Offic. & potest. Episc. allegat. q. n. 17. & alii. Idemque dicendum de Clerico, qui ratione paupertatis habitum, proprio Ordini congruentem, deferre non potest. Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. num. 33. allegans alios.

Similiter Clerico itineranti, vel peregrinanti, licitum est habere vestes breviores, arg. can. Episcopi. 21. q. 4. Bellettus lo. cit. §. 16. num. 14. Barbosa d. cap. 40. num. 37. citans alios; atque referens, ita Sacram Congregationem Cardinalium, negotiis Episcoporum & Regularium praepositorum, rescriptis Archiepiscopo Ulyssiponensi, sub die 18. Octobr. 1589. Nam etiam hic subintrat causa rationabilis, commodioris videlicet itinerationis, in Clem. 2. h. t. ponderata.

Uterius poenas supra enumeratas non incurrit Cle- 115 ricus propter unicam dimissionem habitus. Ita Farinacius lib. 1. Praxis Criminal. quest. 8. nu. 68. allerens, quòd unica dimissio habitus non privet Clericum privilegio Clericali; sed necessaria sit tanta perseverantia, ut publicè existimetur laicus. Barbosa cit. cap. 40. num. 32. post Aloy. Riccium in Collect. Decis. part. 4. collect. 956. limit. 4. Ugolinum de Offic. Episcop. cap. 12. §. 6. num. 3. & alios. Card. de Luca in Annot. ad Concil. Trident. Discurs. 24. nu. 32. allerens, delationem habitus moraliter, non autem physice intelligendam esse. Et favet textus in l. Quidquid in calore iracundiae. ff. de Reg. Jur. ubi in brevi reveria uxor, divertisse non videtur. Paulus Piaficus part. 2. Praxis Episcop. cap. 3. art. 2. num. 30. ubi addit, quòd in aliis indecentis, non expressis in Constitutione Sixti V. Cum sacrosanctum, ultra frequentationem scilicet, putat dimissionem habitus Clericalis, etiam requiratur moniti praecedens ad incurrendas poenas praescriptas. Atque hoc ultimum confirmatur ex verbis Concilii Tridentini supra num. 106. relatus.

Insuper non incurrit poenas haecenus declaratas Cle- 116 ricus, qui domi suae, atque in occulto, habitum Clericalem dimittit. Glossa Clem. 2. §. publicè. & Ancharanus ibid. num. 2. Barbosa in Collect. num. 2. h. t. & Bonacina de Censuris, disp. 3. quest. 6. punct. 6. num. 1. allegans communem. Siquidem cit. Clem. Quoniam. 2. h. t. expressè loquitur de Clericis publicè deferentibus vestes ibidem prohibitas: scilicet ergo dicendum, quando deseruntur solummodo domi, atque in occulto. Accedit, quòd tunc cessat ratio in Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 6. de Reform. ponderata; nempe, ut Clerici per decem annos habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: atque (ut loquitur Sixtus V. in citata Constitutione sua) singulari aliquo signo, à reliquo populo distinguantur. Talia enim non congrunt occultae, seu domesticae dimissioni habitus: nam domus denotat rem secretam, & non publicam, arg. can. Ex merito. 6. q. 1. junctà Glossa fin. ibid. referente illum Juvenalis versuculum: Scire volunt secreta domus, atque inde timeri.

113 Deinde, atque ob eandem rationem, seu ex causa rationabili, excusatur Clericus non deferens Tonsuram propter infirmitatem. Bellettus part. 1. Disquisit. Clerical. tit. de Disciplin. Cleric. §. 17. num. 9. Barbosa part. 2. de Offic. & potest. Episc. allegat. q. n. 17. & alii. Idemque dicendum de Clerico, qui ratione paupertatis habitum, proprio Ordini congruentem, deferre non potest. Barbosa lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. num. 33. allegans alios.

Similiter Clerico itineranti, vel peregrinanti, licitum est habere vestes breviores, arg. can. Episcopi. 21. q. 4. Bellettus lo. cit. §. 16. num. 14. Barbosa d. cap. 40. num. 37. citans alios; atque referens, ita Sacram Congregationem Cardinalium, negotiis Episcoporum & Regularium praepositorum, rescriptis Archiepiscopo Ulyssiponensi, sub die 18. Octobr. 1589. Nam etiam hic subintrat causa rationabilis, commodioris videlicet itinerationis, in Clem. 2. h. t. ponderata.

117 Tandem Religiosi diversarum Religionum, atque ad predicandum Infidelibus Sanctum Evangelium missi, non propter habitum diversitatem in populo, aut Neophytis scandalum oriatur, possunt, atque debent unum eundemque habitum Evangelii Prædicatoribus convenientem assumere: sicut habitum suæ Religionis deponere, arg. c. Deus qui. 11. h. t. Vel saltem, aliis vestibus superindutis, occultare. Glossa fin. ibid. & alia Glossa can. In nona. 16. q. 7. y. nec habitu. Abbas tit. cap. Deus qui. num. 4. h. t. asserens, dictum Glossæ communiter approbari. Tum quia plus est, habitum omnino deponere, quam occultare. Tum quia, licet textus ibidem videatur indistinctè loqui, tamen conformitatem in habitu solummodo permittit Religiosis diversorum Ordinum ratione scandali evitandi: atqui hæc ratio urget duntaxat in exteriori gestatione proprii habitus diversi, non autem, si ille aliis vestibus superindutis occultetur; ergo.

§. V.

Qualiter prohibuit sit Clericis gestare arma & exercere negotiationes, Ludofque Theatrales?

SUMMARIUM.

- 118 Clericis sub pena excommunicationis prohibitum est, arma portare. Nulla pena major est in Ecclesia, quam excommunicatione. Ibid.
- 119 Religiosus officium Clericis reddit inhabiles ad pugnandum. Clericorum arma, sunt Orationes. Ibid. Magis religione, seu orationibus, quam labore corporis, Respublica continetur. Ibid.
- 120 Pena excommunicationis in Clericos arma gerentes, non est lætæ sententiæ.
- 121 Loquendo de Clericis secularibus: secus de Religiosis tenentibus arma intra septa Monasterii sine licentia Superioris.
- 122 Ex justa causa tamen possunt Clerici arma portare: puta, ad se, resque suas defendendas.
- 123 Item, si Clerici iter periculosum ingrediantur &c.
- 124 Clericus Minorista, si militiæ operam dederit, excluditur à Clericatu. Ac censetur tacite, seu ipso facto, renunciare Beneficio, quod obtinet &c. Ibid. An vacet ipso jure Beneficium ejus præhabuit? Ibid.
- 125 Limitatur hoc, simulque magis declaratur.
- 126 Clericis est prohibitum, exercere officia, vel commercia secularia &c.
- 127 Maxime inhonestæ: & quæ sint talia?
- 128 Specialiter Clericis prohibitum est, negotiatorem agere.
- 129 Negotiatum sine periculo peccati non exercetur.
- 130 Possunt tamen Clerici honesto quopiam artificio, vel agricultura, victum sibi conquirere: & quæ disparitas? Et n. seqq.
- 131 Negotiatum, quid?
- 132 Artificium, quid? & cur Clericis permissum, non negotiatum?
- 133 Clerici in Sacris &c. exercendo negotiationes prohibitas peccant mortaliter, possuntque suspendi, imò & excommunicari &c.
- 134 Nisi excuset parvas materias, vel necessitas.
- 135 Referuntur etiam alii casus, in quibus Clerici non incurrunt reatum illicitæ negotiationis.

- 136 Et, si tertio moniti à negotiationibus secularibus non abstinerint, perdunt interim quoad bona sua privilegium Clericale.
- 137 Requiritur tamen ad hoc trina monitio; & quidem specificæ.
- 138 Et perdunt quidem interim ipso facto privilegium Clericale quoad bona sua. Non verò quoad bona Ecclesiæ. Ibid.
- 139 Nec etiam quoad personam suam: sed gaudent privilegio Canonis, & Fori.
- 140 An Clericis liceat exercere Ludos Theatrales, aut eisdem interesse? Et n. seqq. Si hi fuerint inhonesti, scurriles, aut profani, non debent fieri in templo, nec ubiunque per Clericos, non obstante quacunque consuetudine. Ibid.
- 141 Secus dicendum de Ludis Theatralibus, seu Representationibus Sacris.
- 142 Clerici mimis, jocularibus, & histrionibus non intendant. Non spectaculis, non pompis intersint &c.
- 143 Nuptiarumque evitent convivia: nec choreis, vel saltationibus miscantur &c. Ibid.
- 144 Larvæ demonum sunt Clericis prohibite.

Quæritur I. An, & quâ ratione Clericis sit prohibitum, arma gestare? Resp. I. Clericis sub pœna excommunicationis prohibitum est, arma gestare. Textus est in cap. 2. h. t. ibi: Clerici arma portantes, & usurarii, excommunicentur. Addeque, ut infert Abbas ibid. n. 1. peccant mortaliter arma prohibita deferendo: quia excommunicatio non fertur, nisi pro gravi crimine, can. Nemo Episcoporum. & can. Nullus Sacerdotum. 11. q. 3. Siquidem nulla pœna major est in Ecclesia, quam excommunicatio, can. Corripitur. 24. q. 3.

Accedit ratio. Quia Clericatus officium Clericos 119 reddit inhabiles ad pugnandum, ut dicitur c. ex multa. 9. §. fin. de Voto. Non enim possunt simul Deo, & læculo servire, can. Quicumque ex Clero. 23. q. 8. Unde Clericorum arma, & munimenta, debent esse orationes, can. Convenior. §. Quid ergo. 23. q. 8. Exemplo Moylis, qui orando vicit Amalechitas, Exod. cap. 17. ac refertur can. Si quis vult dist. 36. Nam magis religione, seu orationibus, quam labore corporis, vel sudore Republicam contineri, ultrò confessi sunt Constantius, & Constantius Imp. ac refertur can. In qualibet. 23. q. 8. Quin imò Clerici, si in quacunque seditione arma volentes sumplerint, tanquam Sacrorum Canonum contemptores, & Ecclesiasticæ sanctitatis profanatores, amissio sui Ordinis gradu, in Monasterium poenitentis traditur, can. Clerici qui. & can. Quicumque ex Clero. 23. q. 8.

Resp. II. Pœnæ excommunicationis in Clericos, 120 arma prohibita gerentes, cit. cap. 2. h. t. statuta, non est lætæ sententiæ, sed primùm ferenda per Judicem, si Clerici admoniti non deponant arma, sicut contumacia accesserit. Ita desumitur ex textu cit. cap. 2. h. t. dum inquit, Excommunicentur: ac notat Abbas ibid. n. 8. & Barbosa in Collectan. n. 3. Pirhing h. t. n. 22. & alii.

Atque istud procedit in Clericis secularibus. Nam 121 Monachi tenentes arma intra septa Monasterii sine licentia Superioris, ipso facto sunt excommunicati, can. Clerici in agro. 1. §. Quia verò, & Statu Monach. junctâ Glossâ y. Tenentes, & Abbate ibid. num. 20. Siquidem locus sacer aggravat delictum, c. Sicut dignum. 6. §. 1. de Homicid. Bellettus Disquis. Cleric. part. 2. §. 49. de penis Clericorum. n. 4. Quin imò Abbas in cap. 2. num. 8. h. t. istud intelligit de quocun-

- que Religioso: quamvis textus in cit. Clem. de Monachis duntaxat faciat mentionem: atque ideò Glossa ibid. y. Monachos, hinc excipiendos arbitretur Canonicos Regulares.
- 122 Resp. III. Ex justa tamen causa, puta, ad se, vel proximum, propriamque, vel alienas res contra invasorem defendendas, licitum est Clericis arma portare. Ita Glossa in cit. cap. 2. y. Clerici arma. & Abbas ibid. num. 8. & Barbosa n. 5. h. t. Bellettus part. 1. Disquis. Clerical. §. 17. de Disciplin. Clerical. n. 14. ac seqq. & alii. Idque patet ex c. Delicto. 6. de Sentent. excommunic. in 6. ubi hoc ipsum amplius declaratur, additâ eâ ratione: quia omnes Leges, omniaque jura, vim repellere, cum hisque se defensas permittunt. Hoc autem non verificaretur in Clericis, si ipsis nullo modo arma gestare liceret.
- 123 Intertur proinde, quòd, si Clerici iter periculosum ingreduntur, possint ad terrorem latronum, sive hostium, secum portare arma nedum defensiva, sed etiam offensiva. Glossa cit. cap. 2. y. Clerici arma. & Abbas ibid. num. 8. h. t. Possunt etiam secum ducere familiares armatos, can. Maximianus. 23. q. 3. Bellettus cit. §. 17. n. 14. Imò consuetudine jam receptum est, ut Clerici iter facientes arma defensoria secum ferant. Pirhing h. t. n. 22.
- 124 Resp. IV. Quòd si Clericis in Ordinibus minoribus constitutus, non solum arma deferat, sed etiam militiæ operam dederit, tunc is à Clericatu excluditur, can. Si quis post remissionem. dist. 50. & can. Aliquantos, ac seqq. dist. 51. Bellettus Disquis. Clerical. part. 1. §. 11. de Disciplin. Clerical. num. 7. Nam eo ipso, quòd læcularem militiam assumat, videtur Clericali militiæ renunciassè: quia non potest simul Deo, & læculo servire, can. Quicumque ex Clero. 23. q. 8. & c. Ex multa. 9. §. fin. de Voto. Abbas c. Ut consultationi. seu cap. ult. n. 1. de Clericis non resident. Julius Clarus lib. 5. quest. 73. num. 6. Atque ideò extinguitur pensio Ecclesiastica ob assumptionem militiæ læcularis, ut potè incompatibilis cum Clericatu. Card. de Luca de Pensionib. Discurs. 47. num. 3. Simulque Clericus, qui effectus est miles læcularis, tacite, seu ipso facto renunciat veteri beneficio Ecclesiastico, quod obtinet. Glossa in cap. ult. y. Redierint. de Cleric. non resident. Flamin. Parisius de Resignat. Benefic. lib. 1. quest. 1. num. 22. Farinacius part. 1. Fragment. Criminal. Litt. C. num. 184. Gonzalez ad Reg. 8. Curcellar. Gloss. 14. num. 63. & alii. Aded, ut ipso jure vacet Beneficium per militiam læculares. Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 57. num. 216. post Glossam cap. ult. y. Redierint. de Cleric. non resident. & alios. Nam eo ipso (inquit) quòd Beneficiarius sit miles, habetur Ecclesiæ pro derelicta, ita ut Ordinarius jure possit illam alteri concedere. Verum idem Barbosa c. Ut consultationi. num. 3. de Cleric. conjugat. requirit ad hoc declarationem: sit enim post Ann. Riccium de Jure personarum extra gremium Eccles. existent. lib. 7. cap. 5. num. 12. & alios, quòd Clericus miles effectus, aded dicatur à statu Ordinis alienus, ut statim atque declaratur miles, videatur ipso facto Beneficium resignare. Concordat Card. de Luca proxime citandus. Quin imò Innocentius in cap. 1. de Apostatis, ad istud ulterius requirit, ut Clericus factus miles exercuerit sæva, sive actum aliquem Clericatu contrarium, arg. can. Aliquantos. dist. 51.
- 125 Fatendum verò est, quòd plures dentur casus, in quibus Clerici absque amissione privilegii Clericalis possint militare: ut pro Papa, vel defensione patriæ &c. Card. de Luca de Pensionib. Discurs. 46. n. 9. & 14. Qui proinde in Annot. ad Concil. Trident. Discurs. 24. n. 38. dicit, Episcopos desuper posse procedere, non quidem per viam privationis, sed per viam declarationis. Et si tales Clerici dimissâ militiâ velint

adimplere unam ex conditionibus à Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 6. de Reform. præscriptis, ipsi rursus sint recuperaturi privilegia Clericalia; cum character Ordinis sit indelebilis: de quo plura item Card. de Luca loc. cit. n. 35. & seqq. Quæritur II. An, & sub quibus pœnis prohibitum 126 sit Clericis, exercere negotiationes læculares? Resp. I. Clerici officia, vel commercia secularia non exercere, maxime inhonestæ. Ita his ipsis verbis habetur statutum c. Clerici officia. 15. h. t. Ubi Abbas num. 3. ponderando ly maxime infert; quòd Clerici etiam honesta commercia læcularia exercere nequeant, quando non indigent: secus, quando indigent, can. Clericus victum. dist. 91. & cap. 1. de Celebrat. Missar. Aut nisi illud fiat propter curam pupillorum, aut viduarum, can. 1. dist. 88. Vel propter diversas necessitates, cap. 1. Ne Clerici vel Monachi &c. cum concordantiis.

Porro inter officia, seu commercia secularia inhonestæ, connumerantur ea, quæ vel Clericis expressè in Jure sunt prohibita; ut, tabernam cauponariam publicè tenere, can. Nulli Clerico. dist. 44. & Clem. 1. h. t. Aut lanionum, seu macellariorum officium publicè, ac personaliter exercere, cit. Clem. 1. h. t. Vel, quæ reputantur esse officia fordida, ac proinde dedecent Clericos, ut potè in sortem Domini specialiter vocatos, atque ad obedienda ministeria Ecclesiastica deputatos: ut est, publicè agere fabrum, pelles vel coria parare, aut alia hujusmodi vilia & immunda exercere. Speculator tit. de Clericis conjugat. numer. 6. & 7. & Abbas cap. ult. numer. 16. h. t. asserens, Doctores quoad hoc punctum sese remittere ad notata per citatum Speculatorem.

Resp. II. Specialiter verò Clericis prohibitum est, 128 negotiatorem agere, seu cupiditatis, ac turpis lucri gratiâ negotiis læcularibus sese immiscere. Patet hoc ex can. Consequens. & can. Efficens. dist. 88. & cap. 1. Ne Clerici, vel Monachi &c. c. Secundum. 6. eod. cum similibus. Idque merito; quia, ut D. Apostolus 2. ad Timoth. cap. 2. inquit: Nemo militans DEO, implicat se negotiis secularibus. Quin imò Salvator legitur etiam è Templo ejecisse negotiatores, seu vendentes, & ementes, Math. cap. 21. Marc. cap. 11. Lucæ cap. 19. & Joan. cap. 2. additâ eâ ratione, Ne Domus orationis fieret spelunca latronum. Siquidem

Negotiatum sine periculo peccati non exercetur, 129 can. Qualitas. de penit. dist. 5. ubi Leo Papa ad Rusticum Episcopum scriptis legitur: Difficile est inter ementis, vendentisque commercium, non intervenire peccatum. Quia, ut Glossa fin. ibid. observat, contractibus naturalis est, sese invicem decipere. I. In causæ. 16. §. Idem. ff. de Minorib. & l. Item si pretio §. Quemadmodum. ff. Locati.

Nec obstat, quòd Clericis sit permissum, imò è 130 injunctum, ut honesto quopiam artificio, vel agricultura, victum sibi conquirant; dummodò id fiat absque detrimento officii sui Ecclesiastici, can. Clericus victum. dist. 91. ubi quartum Concilium Carthaginense sic statuisse legitur: Clericus victum, & vestimentum sibi artificio, vel agricultura, absque officii sui duntaxat detrimento, parat. Concordat can. Presbyter. & can. Clericus quantumlibet. dist. 91. & cap. 1. de Celebrat. Missar. & cap. 1. Ne Clerici vel Monachi &c. Idque statuetur exemplo D. Apostoli, qui de labore manuum suarum vivebat, Act. cap. 20. cum similibus. Resp. enim, ista procedere quidem de agricultura, & honesto artificio; non verò de negotiatione: quia, ut cum aliis notat Abbas cap. ult. num. 14. h. t. est notabilis differentia inter negotiationem, & artificium. Siquidem

Negotiatum dicitur, quando res empta, non mutata 131 materia,

materiali, alteri venditur: de qua proinde *can. Quid est aliud. dist. 88.* dicitur: *Quid est aliud negotium, nisi, que possit vilius comparari, carius velle distrahere.* Concordat textus in *can. Efficent. ead. dist. 88.* Et talis negotiatio est Clericis Beneficiariis, aut in Sacris Ordinibus constitutis prohibita, ut proximè dictum. Addit Bellettus in *Disquisit. Clerical. part. 2. §. 51. de Penit. Clericor. num. 1.* etiam tunc intervenire negotiatiorem Clericis interdicitam, quando quis eorum rem quampiam, v. g. lanam emit, ut suis expensis per mercenariorum, & opificum industriam, laboreque (non autem per semetipsum) aliquid efficiat; puta, ex lana empti pannum conficiat postea revenditurus, ut inde aliquid lucrari possit.

132 *Artificium* verò est, quando quis emit aliquam materiam, quæ postea per artem reducitur ad aliam formam: ut si quis emat vimina, & faciat canistra; vel emat filum, & faciat retia, aut hujusmodi *can. Efficent. dist. 88.* Et tale artificium non est Clericis prohibendum, quin potius commendatum, sicut & agricultura, dummodo fiat absque neglectu Officii Ecclesiastici: quia non implicat ad peccatum, sicut negotiatio, quæ tollit homines inducere ad mendaciam, perjuriam, fraudes &c. Hinc etiam Apostoli post Christi passionem redierunt ad piscandum, *Joan. cap. 21.* Sanctus Mathæus verò ad telonium non amplius rediit: quia istud posterius implicat ad peccatum, non verò prius; prout notavit S. Gregorius Papa *Homil. 24. in Evangelia.*

133 Resp. II. Clerici in Sacris constituti, aut beneficium Ecclesiasticum habentes, exercendo negotiationes prohibitas peccant mortaliter; possuntque suspendi à Divinis, imò & excommunicari: & si tertio admoniti non respiciant, etiam aliis poenis arbitrariis puniri. Ita Barbofa *lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. num. 114. & 128.* Bellettus *Disquisit. Clerical. part. 2. §. 51. de penit. Clericor. num. 2.* & alii. Idque patet ex *can. Negotiatorem. dist. 88.* ubi dicitur: *Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.* Concordat *c. Sed nec procuraciones. 4. & c. Secundum 6. ne Clerici vel Monachi &c.* In quorum priori loco Clericus, contra doctrinam Apostoli implicans se negotiis secularibus, jubetur suspendi, seu ab Ecclesiastico fieri ministerio alienus. In posteriori autem sub inermatione anathematis prohibetur, ne Monachi, vel Clerici, causâ lucri negotientur: ac proinde contra facientes sunt excommunicandi. Atqui poenæ tam graves imponi non solent, nisi propter peccatum mortale: & consequenter Clericus, exercendo negotiationes faculares, peccat mortaliter.

134 Intellige, nisi exculat parvitas materiæ; puta, si Clericus temel, aut bis duntaxat, negotiatus fuisset: quia tunc non conferret peccasse mortaliter. Barbofa *cit. cap. 40. n. 120.* Diana *part. 1. tract. de Contractib. resol. 72.* & alii. Aut nisi exculat necessitas: puta, quia aliunde Clericus non habet, unde vivat. *cap. 1. Ne Clerici, vel Monachi &c. Barbofa lo. cit. num. 119.* cum aliis.

135 Insuper Clericus ex motivo Charitatis licite potest emere victualia, ut habeat tempore inopiæ, vel famis, non solum pro suo usu, sed etiam, ut aliis egentibus tunc vendere possit pro corrente pretio: dummodo istud non faciat lucri gratiâ (tale enim turpe lucrum dicitur, *can. Quicumque 14. q. 4.*) sed, ut dictum, ex motivo Charitatis, nimirum ut hæc ratio aliis indigentibus subvenire valeat, exemplo Josephi Proregis Ægypti. Innocentius, & Abbas *cap. 1. num. 9. Ne Clerici vel Monachi &c. Aloy. Riccius part. 3. Praxis, Resolut. 199. n. 3. & Resolut. 202. n. 2.* & alii. Rursum, ubi à principio desuit animus ne-

gotiandi, seu lucrandi (puta, quia Clericus emit pernitentiam ad suum, suæque familiæ usum, & sustentationem, v. g. frumentum, butyrum, aut hujusmodi pro toto anno; ac præter propositum empti superfluum, quæ postea revendit aliis pretio corrente, licet cariore) non incurritur delictum, neque poena negotiatioms in Foro externo. Riccius *cit. Resolut. 202. num. 1.* Barbofa *d. part. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 40. n. 122.* allegans alios. Potest etiam Clericus agros Beneficiorum, aut bonorum suorum patrimonialium, operâ Laicorum colere, absque metu illicitæ negotiatioms. Sacra Congregatio Concilii Tridentini, relata per Barbofam *lo. cit. num. 127. vers. ad primam respondit.* Possunt quoque Clerici retinere, atque locare boves, oves, aliæque animalia, quæ habent ex successione, vel decimis; nec non fructus illorum vendere, absque reatu illicitæ negotiatioms: possuntque pariter vendere gramum, hordeum, & alios fructus recollectos ex bonis patrimonialibus, vel Ecclesiasticis pro sua, & suorum sustentatione. Eadem Sac. Congregatio Concilii, apud Barbofam *lo. cit.* ubi plures aliæ consimiles limitationes videri possunt: nam de his commoditas agitur infra *Tit. 50. Ne Clerici, vel Monachi &c.* declarando simul ex processu, quanam in specie censentur negotiationes Clericis interdiciæ, nec ne.

Resp. III. Præter poenas supra enumeratas, si 136 Clericus tertio admonitus à negotiationibus secularibus non abtineat, perdit interim quoad bona sua privilegium Clericale. Textus est in *cap. ult. h. t.* ubi Glossa, Hostiensis, Jo. Andreas, Abbas in *Summario*, Vivianus, Barbofa, & communis aliorum. Ratio est: quia ejusmodi Clerici admoniti, nec respicientes, factò privilegium abijcunt Clericale: unde tu, quò minus, dum his negotiationibus se implicant, de suis facultatibus, Statutis & consuetudinibus patrie subjaceant, non defendas eosdem, prout ibidem loquitur textus. Quia enim negotiationes faculares exercere, Clericis est prohibitum, ut proximè dictum; hinc Clerici transgressores reddunt se ipsos privilegio suo indignos. Nam frustrâ legis (seu Ecclesiæ) auxilium invocant, qui committit in legem, *c. Contingit. 45. de Sentent. excommunicat. & c. Quia frustrâ. 14. de Usuris.*

Dicitur primò, tertio admonitus. Quia, ut Clericus negotiator perdat privilegium quoad bona sua, debet is tertio fuisse communitus à Superiore suo, juxta textum *cit. cap. ult. h. t. ibi: Si tales tertio à te communiti, non respuerint &c.* Aded, ut non sufficiat una monitio preemptoria. Glossa in *Clem. 1. §. Tertio. h. t.* Abbas *cit. cap. ult. num. 5.* & Barbofa *ibid. num. 4. h. t. Pirhing. eod. num. 28.* & alii. Siquidem in poenalibus, uti est præsens materia, verba debent intelligi strictè, & propriè; non autem largè, & fidè, *arg. L. 3. §. Hec verba. ff. de Negot. gest. & c. In nosra. 8. de injuriis.* Nec etiam sufficit monitio generalis, ut omnes Clerici abtineant à negotiationibus: sed debet esse monitio specifica; ita ut apprehendat ejusmodi Clericum negotiatorem, juxta textum allegatum, *Si tales tertio à te communiti &c.* atque notat Abbas *cit. numer. 5.*

Dicitur secundo, perdit interim; hoc est, donec 137 desinat ab illicitis negotiationibus secularibus. Et additur, quoad bona sua privilegium Clericale, nempe quoad bona sua patrimonialia: aded, ut quoad hæc ligetur Statutis Laicorum, certas gabelas, pedagia, vel alias præstationes exigentibus, nec possit se privilegio Fori defendere. Nam factò suo privilegium abiecit Clericale; uti loquitur textus in *cit. c.*

§. V. Qualiter prohibitum sit

cit. c. Ex litteris, seu cap. ult. h. t. jundâ Glossâ *§. Cum factò*: quæ solvens instantiam notat, quòd, licet ipso verbo non possit Clericus privilegio Clericali renunciare, *c. Si diligenti. 12. de Foro competenti. & c. Contingit. 36. de Sentent. excommunicat.* possit tamen huic renuntiare ipso factò, hoc est, tale quid committendo, ratione cujus redditur indignus privilegio Clericali, & Jura ipsam privant eodem. Atque istud procedit loquendo de bonis ipsius Clerici negotiatoris; sive, ut inquit textus, *de suis facultatibus.* Nam secus est dicendum de bonis, seu facultatibus Ecclesiæ: quia delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare, juxta *Reg. 76. in 6.* ac notat Glossa *fin. cit. cap. ult. h. t.*

139 Uterius ejusmodi Clerici negotiatores amittunt privilegium Clericale solummodo quoad suas facultates, non verò quoad vitam personam: adeoque adhuc gaudent privilegio Canonis, *can. Si quis suadente. 17. q. 4.* Imò & privilegio Fori: ut proinde, si in negotiatione illicita delinquant, falsâ v. g. mensurâ utendo, non possint judicari, atque puniri à Judice seculari, sed à solo Judice suo Ecclesiastico. Bellettus *cit. §. 51. de Penit. Cleric. nu. 7.* Glossa *d. cap. ult. §. Tertio. in fin. Abbas ibid. n. 7. h. t. Pirhing. eod. num. 28.* Siquidem textus illius Capituli, cum sit poenalis, non debet à facultatibus Clericorum, de quibus solummodo mentionem facit, extendi ad eorum personas, *cap. Odia. 15. de Reg. Jur. in 6.* cum similibus.

140 Queritur III. Utrum Clericis liceat exercere Ludos Theatrales, aut eisdem interesse? Resp. I. Ludi Theatrales, si fuerint inhonesti, scurriles, aut profani, non debent fieri in Templo, nec ubicunque per Clericos in Sacris Ordinibus constitutos: haud obstante quæcunque consuetudine, quæ potius dicenda est corruptela; & proinde penitus extirpanda, cum per eam Ecclesiæ inquinetur honestas. Textus est in *c. Cum decorem. 12. h. t.* ubi Abbas, Vivianus, Barbofa, cæterique Doctores.

141 Additur verò, Ludi Theatrales, si fuerint inhonesti, scurriles, aut profani. Quia non prohibentur in Templo fieri repræsentationes rerum piarum, ac Mysteriorum Fidei Catholice: ut puta, repræsentando Præsepe Domini, Sepulchrum Christi, vel Ascensionem ipsius, aut hujusmodi, quæ sunt idonea ad excitandam in hominibus devotionem, & recolenda Mysteria Fidei; non ad provocandam lasciviam, voluptates, aut risum, *can. Semel Christus. de consec. dist. 2.* Glossa *cit. c. cum decorem. §. Monstra. & Abbas ibid. n. 1. & Barbofa nu. 6. h. t.* Bellettus *Disquisit. Clerical. part. 1. §. 23. num. 10.* & alii docentes, quòd etiam Clerici possint facere repræsentationes rerum piarum, aut vitæ alicujus Sancti, atque illis interesse.

142 Resp. II. Ut Clerici mimis, jocularibus, & histrionibus non intendant, præceptum Concilium Generale, relatum *c. Clerici officia. 15. h. t.* Eisdem etiam injunctum legitur, ut à mundi voluptatibus sese abtineant: non spectaculis, non pompis intersint; convivia publica fugiant &c. Textus est in *can. His igitur. dist. 23.* Ubi Glossa per Spectacula intelligit turpes ludos, qui vel in nuptiis, vel in fœnis, aut alibi exhibentur; ut *can. Presbyteri. dist. 34.* statuente, ut Clerici etiam alienarum nuptiarum evitent convivia; nec his cætibz miscantur, ubi amatoria cantantur, aut turpia; aut obsceni motus corporum choreis, & saltationibus efferrunt: ne auditis, aut obtutus Sacris Mysteriis deputati, turpium spectaculorum, aut verborum contagione polluantur; prout ibidem loquitur Concilium Agathense. Unde, si adveniant histriones, seu joculariores, jubetur Clericus surgere, & recedere de mensa, *can. Non oportet. 37. de consec. dist. 5.* Glossa *cit. can. Presbyteri. §. Etiam alienarum. dist. 34.*

Clericis, gestare arma, &c. 21
Abbas *cit. c. cum decorem. nu. 1. h. t.* Bellettus *d. §. 23. num. 6.*

Resp. III. Quòd si quispiam Clericorum jocularioriam artem exercuerit (agendo videlicet jocularioriam, seu histrionem, bufonem, sive goliardum, juxta diversitatem linguarum) atque per annum artem hujusmodi ignominiosam exercuerit, tunc ipso jure privatus est omni privilegio Clericali: si autem tempore breviori id præstiterit, & tertio monitus ab Ordinario non desinat, privatur per sententiam omni privilegio Clericali. Ita textus in *cap. 1. h. t. in 6.* & Doctores *ibid.* Idque meritò: nam Clericus jocularior multum detrahit dignitati Ordinis Clericalis, cum mercedis causâ faciat ludibrium sui. Unde etiam Spectato Jure Civili, joculariores censentur infames, *L. 2. ff. De his, qui notantur infam. Et quidem ipso Jure;* prout notat Glossa *ibid. §. Definit.*

Resp. IV. Clericis etiam prohibitum est, larvas 144 dæmonum ante se ferri consentire: quia hoc est diabolicum, *can. Nullus Presbyterorum. de consec. dist. 5.* Multoque magis, larvis se tegere, *c. cum decorem. 12. h. t.* Bellettus, ubi supra *§. 23. num. 8.* Tacentur plura hujusmodi, quæ vitam, honestatemque Clericorum commaculant, sicut fugienda sunt: aut commendant, ac proinde Clericis sunt prosequenda; de quibus tum in Decreto Gratiani, Librâque Decretalium; tum in Diversis Constitutionibus Apostolicis sparsum agitur; atque per Bellettum integro Tomo, *Disquisitio clericalis intulato*, & in duas partes diviso, aliisque Doctores, fufius declarantur.

TITULUS II.

De Cohabitatione Clericorum & Mulierum.

I Ratio ordinis Titulorum.

Cum Clerici, præsertim in Ordinibus Sacris constituti, castè & continenter vivere teneantur, prout inter alia Titulo præcedenti uberius dictum est; mulierum autem consortia vitam Clericorum de incontinentia reddant suspectam: hinc merito post priorem subjungitur Rubrica præsentis Tituli, quem pro majori claritate juvat in duos Paragraphos dividere.

§. I.

De vitanda Clericis cohabitatione mulierum, & concubinato, hujusque prohibitione.

SUMMARIUM.

- 2 & 3. Omnis suspecta cohabitatio cum altero sexu, est Clericis interdici.
4. Clerici non tantum à domo propria removere tenentur mulieres suspectas, sed nec alibi suspectam cum ipsis conversationem habere. Cujus vita despicitur, restat, ut prædicatio contemnatur. *Ibid.*
5. Afferitur ratio ulterior Conclusionis.
6. Possunt tamen Clerici rei domesticæ gratiâ in domo sua habere mulierem non suspectam, v. g. matrem, amitam &c.
7. Concordatur textus *cap. 1. h. t. cum aliis Canonibus.*
8. Idemque dicendum de aliis idoneis feminis non suspectis.